

www.e-rara.ch

Theodori Gazae Thessalonicensis, Grammaticae institutionis libri duo priores, sic translati per Erasmus Roterodamum ... lidem Graece ...

Gaza, Theodoros

[Basel], [1521]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-2818>

Erasmus Roterodamus Ioanni Caesario Iuliacensi, utriusque literaturae vindici s. d.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ERASMVS ROTTERODAMVS
Ioanni Cæsario Iuliacensi,
utriusq; literaturæ uin-
dici S. D.

H Abent in omni discipli-
na Cæsari charissime p̄
ceptiones natura suba-
marum quiddam: Ve-
rum hoc molestiæ, comes pensat uti-
litas. Proinde ut nō possum non mi-
rari, quorundā fastidiosas delitias,
qui cūlibet leui incōmodo offensi p̄-
tinus resiliunt à literis, tantā utilitatē
in omnē usq; uitam allaturis, ita rur-
sus optimo iure indignor his, qui
rei p̄ se submolestiæ, de suo molestiā
addunt. Etenim dū ostentandæ eru-
ditionis suæ studio, in ipso statim
opis limine p̄plexa quædā infulciūt
quæ



quæ post erant tradenda, nimirum rudem discipulum odio suo retundunt & alienant. quæ allici inescarique potius oportuit, comoda breuitate, luce, ordine, simplicitate, aliisque id genus illecebris. At unus omnium GAZA uir ubique sui similis: hoc est, in quauis materia insignis artifex: non minori iudicio, quam fide discetis agit negotium: non id statim captas, ut ipse doctus appareat, sed ut lectorem doctum reddat. Is primo libro deum immortalē, qui cōpendio, quam miro ordine, quanta simplicitate grāmatices summā cōplexus est, ceu simulacro quidam nobis deliniato. Nos igitur quo magis etiā quorundam tædio cōsuleremus, commoditatē hanc nostra iuuimus industria, eumque librum latinum fecimus, exemplis duntaxat exceptis. Ad hæc titulis distinximus, et annotatum culis additis non nihil lucis addidimus, ut iam quam minimo negotio percipi possit. Mendas cōfessas modo sustulimus. Nam quod est doctissimis uiris, qui cum Theodoro cōsuetudinē egerunt, quique huic interfuere negotio, olim audire memini: id liber ipse palam præ se fert, nimirum locos aliquot à sciolis, & in alieno libro impudenter ingeniosis, prope imutatos esse. Quod genus est illud, quod cōparatiuum excipit in tertia nominum declinatione, quod præsens & præteritum imperfectum tanto uerborum dispēdio per modos omnes repetit: cum in his per omnia cōsentiāt passiuæ cum medijs. Quod uerborum in uel desinētium passiuæ additū futurum ac præteritum perfectum, cum regula præcedens negarit hæc tpe illis esse propria, quæ & aliās in horum declinatione miscet nonnullas uoces primitiuorum ac deriuatiuorum. Atque hoc erroris Demetrio imputat Chalcondylo, uiro tum probum, tum erudito: sed cuius mediocritas exactum illud ac sublime

4 ERASMI PRAEFATIO AD CAESARIUM.

THEODORI iudiciū haud quāq̃ asseq̃ potuerit. Gratulor mi Cæsari nostro seculo, quo uidemus passim repullulascere Græcas literas. Nā ut harū neglectus oīm bonarū disciplinarū, omniū elegantiorū autorū πανολη δεισιπ inuexit, ita spes est futurum, ut his renatis, & illa reflorescant. Illud aliquoties mecū soleo demirari, cū Sarmatæ, cū Scotti, & Hiberni Græcas literas iam pridem nec inibenter, nec infeliciter amplectantur, quo fato fiat ut una Agrippina urbs ut uetustissima, ita celeberrima, quā cōueniebat in hoc pulcherrimo negotio uel primā occupare laudē, meliores literas adeo grauatim recipiat. Etenim si studia, quibus nūc solēniter utit̃, recta sūt, harū accessione nō obliterabunt̃ illa, sed illustrabunt̃. Sin secus, magis etiā optandū, ut pro nothis syncera, pro friuolis utilia succedāt: & iuxta Diomedis ac Glauci p̃mutationē τὰ χαλκᾶ τῶν χρυσῶν ἀνταμείβωνται. Quis enim sanus recusset, uel bona melioribus, uel mala bonis cōmutare? Hunc nostrū bidui laborē tibi uisum est dicare, cū haud quāq̃ me fugeret, munusculū hoc longe infra tuam esse dignitatem. Maiora merebat̃ ista eruditio, ista morum integritas candorq̃, meliora flagitabat arctissima nostra familiaritas: uerū hæc interim boni consulet humanitas tua, dū parant̃ tuis meritis digniora. Tu mi Cæsari fac p̃gas de literis, ac seculo tuo benemereri, & istā quoq̃ laudē Coloniensi scholæ addere. Vere generoso comiti HERMANO Nouæ aquilæ, aut (si Græce mauis) Neaëtio, bonarū literarū candidissimo Mecœnati, multā ex me salutē dicito. Antuerpiæ. Anno M.D.XVII. Pridie natalis Ioannis baptistæ.